

Excellentissime Illustrissime ac Reveren-  
dissime Domine Archi- et Episcopo, Dne mihi  
Gratiosissime

Relatione hominum meorum informor, qualiternam Excellentia  
Vestra datis ad Inclytum Comitatum Congradiensem litteris e  
undem Comitatum requisiverit in eo, ut siquidem Oratorium Gen-  
tesiensium subditorum meorum Helvetiae confessioni addictorum,  
jam quidem ab iisdem juxta benignam dispositionem Regiam rece-  
ptum, & in usum Catholicorum applicatum, utique reparatione indi-  
geret, idem Comitatus plerosque Officiales suos cum interuentu  
etiam Artificum pro instituenda in praesentia Domini Archi-Dia-  
coni Mundscentiensis, oculata ejusdem Oratorii inspectione, et illocu-  
tione praesertim reparationem influunt, Cognitione ac aestimatione  
exmittere, atque sic Connotationem connotandorum Excellentiae Vrae  
submittere velit: qualismodi Excellentiae Vestrae petito idem J.  
Comitatus deferendo & annuendo, cupitam exmissionem applacavit

quoque, meo quidem Fiscali, in quantum meo privilegiali Juri Patronatus derogaret, Contradicente.

Excellentissime Domine! zelum Excellentie Vestrae, quo hac in parte in promotionem Fidei Catholicae fertur, non possum quidem non laudare; sed si quidem notum esset tam Excellentiae Vestrae, quam & Inclito Comitatu Congradiensi, quod ego ex benigna concessione Regia Jure Patronatus gaudeam, juxta quod in bonis meis non saltem jus presentationis Plebanorum, verum etiam aedificationis, reparationis et Dotationis Ecclesiarum instituendarumque eatenus congruarum dispositionum, omnino mihi absque influxu tertij competeret: Notum et id, quod ex Dispositione mea jam praevie necessarier reparationes in eodem templo factae sunt, fientque etiam proximè, opportunò ad aedificandum et circa id laborandum, tempore affulgente, de quo Officialibus meis jam demandatum esset: Notum porro et hoc, quod spectatò exiguo numero personarum

Excellentiſſime Illuſtriſſime ac Reveren-  
diſſime Domine Archiep. & Ep. Viro mihi  
Gratiſſime

Catholicarum ibidem degentium, Templum idem hac adhuc vice nulla ex-  
tenſione aut nova ædificatione egeat, et dum aliquando indiguerit, quod  
me Patronum habeat, adeoque aliorum non Patronorum diſpoſitiones  
non recipiat: Quapropter ſupplico humillimè, quatenus mihi gra-  
tiosè indulgere, boniquè ac æqui conſulere dignetur Excellentia Veſtra,  
quod hiſce meis Veneratoriſ diſpoſitiones Excellentia Veſtra præ-  
ſato Comitatu inſinuatæ, tanquam mihi derogatorias, et præjudicio-  
ſam Conſequentiam ſecum trahentes, debito tamen cum reſpectu de-  
precari debeam, admittereque non poſſim, teſtaturus coeteroquin in  
aliis occurrentiſ quod cum Conſtanti et profunda veneratione per-  
ſeverare velim

Excellentiæ Veſtræ

Vienna. 17.ª febr. 1748.

Humillimus ſervus  
Bartholomæus ab Harakerny